



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XLII. De Rigida hyeme.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

per demolitionem castri Nassav & assignationem medietatum
Wisselæ & Navigii in Thorun.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Alii scribunt Michaelem non libere Magistratu cessisse , sed à fratri;
bus Ordinis Magistratu pullum esse. *Vid. Schuz. lib. 3. fol. 113.*
- (b) In Pactis de An. 1436. Nieszovva cum toto illo territorio Polonis
cessit. *Vid. Pacta dicti Anni in Privilegiis Ducalis Prussiae fol. 7. b.*

C A P. XLI.

*De**Adventu Principum Imperialium.*

Eodem etiam anno (a) lice jam sedatâ Dominus (b) Archiepiscopus Coloniensis, Ludovicus Comes Palatinus Rheni,
(c) Henricus Dux Bavariae cum nonnullis aliis Principibus liberis
militibus & ingenti armigerorum comitiva huic Patriæ in sub-
sidium advenierunt in vigilia Simonis & Judæ Apostolorum
Mariæburgi subintrantes & usque ad Festum Purificationis
Mariæ his in partibus moram trahentes.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Pacem factam per Principes in hoc capite cœmmemoratos , tradit
Casp. Schuz. lib. 3. fol. 113. b.
- (b) Dietericus nomine, ut habet Schuz. *I. e.*
- (b) Cui nomen Henricus. *Schuz, ibid.*

C A P. XLII.

*De**Rigida hyeme.*

Eodem (a) anno intensa erat hyems, ita ut Wissela in certis
locis congelata stetit à Festo S. Barbaræ usque ad Festum S.
Gregorii.

Kkk

ANI-



ANIMADVERSIO.

(a) Anno 1423. adeò rigidam fuisse hyemem tradit Schuzius, ut ex Prusia Lubecam usque per glaciem iter institui potuerit. lib. 3. Chron. Pruss. fol. 113.

CAP. XLIII.

De

Obitu Ducis Witoldi.

Anno Domini MCCCC. fer. 6. ante Simonis & Judæ Apostolorum præpotens atque Magnificus Princeps (a) Alexander Magnus Dux Lithvaniæ morbo depresso de vita transivit ad mortem, post cujus occubitum Poloni Principatum Lithvaniæ ambientes ipsos Lithvanos sibi subjugare conantur. Lithvani verò Polonorum scientes versutiam eis subesse contemnunt. Inclitus verò Princeps Dominus Boleslaus alias (b) Svvitterga, ad quem dictus Principatus tam jure hæreditariae possessionis quam electionis devolvitur, salubri suorum fretus consilio se cum Dominis Prussiae apud quos fidem semper illæsam cognovit, confoederare labarat, sese vicissim contra suos & terrarum suarum inquietatores juvando. Exinde inter eos gverra prægrandis exoritur, sicque Poloni suæ satisfacere volentes ambitioni cum ingenti exercitu terram obruunt Lithvanorum, castrum Lutzke potioribus Lithvanorum Nobilibus &

DE EXPUGNATIONE CASTRI FLENSBURG.

An. Dn. MCCCCXXX. volente altissimo, à quo omnis dependet victoria, oppidum Elensburg oppugnatur & castrum per diabolos Dominos Dueces Holstie & Civitates Genit potenter acquiritur Anno Dn. XXXI. De cuius Castri deditione aliquantisper de pace speratur.

DE INVASIONE LUSATIÆ PER BOHEMOS.

An. Dn. 30. supradicto anno 29. hunc immediate permeante Hussita de Bohemia per montana per rumpens sex Civitates superioris Lusatiae, & Lusatiam inferiorem infestare cœperant. Ibidem Gubbin oppidum Commendabile & viniferum igne, cede & prædā funditus desolantes. Infus.